



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad  
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae  
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa  
Confessio**

**Cutsemius, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1621**

De Hermanno, Archiepiscopo Coloniensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11884**

nepote. Fuit is quidem Princeps laicus, sed tamen in religione Catholica feruētissimus, quippe qui positis relictisq; pietatis suæ monumentis, optimè coram posteris testari potest de vera fide ad salutem. Tres confruxit Brunsvigæ, cuius Dynasta fuit, Ecclesias, vnam SS. Apostolorum Petri & Pauli; alteram B. Magni; tertiam S. Gothardi, in quas ferè omnes suas facultates expendit. Thuringiam ab Imp. Conrado II. vitrico suo adeptus est in præmium nauatæ operæ contra ipsius hostes, Hungaros, Polonos, & Bohemos. Sepultus Mersburgi Anno 1074. in pace requiescit.

---

### DE HERMANNO, Archiepiscopo Colonensi.

EX eadem etiam prodit familia Hermanus, hoc nomine III. Archiepiscopus Colonensis, dictus *Dives*, supradicti Brunonis I. ex secundogenito filio Sigfrido, comite Northeimio Atnepos. Sanè nec ipse aliam coluit, neque nos docuit Religionem, quam Catholicam Romanam, hoc est, Romæ à SS. Apostolis, Petro, & Paulo traditam, & ad finem saeculi usque depositam, idque magnâ cum diligentia, & prosperitate, quod El. Reusnerus ex Lutheranis ipse fateri cogitur,

dum

dum de eo sepulto in Abbatia Sigebergetisi  
An. 1099. sic loquitur in stirpe VVitikin.  
*Quum dexterrimè Ecclesiæ præfuisse decēnū cum  
semetri..* Et verè. Idem enim & nostri refe-  
runt annales. Attentissimus fuit rerum  
Archiepiscopatus sui inspector, & prudens  
governator. Tanta eius fuit authoritas, ut  
Imperatore absente extra Germaniam, ne-  
gotia Imperij ipse vicariâ operâ administra-  
ret. Nos Colonienses computamus illum in-  
ter primarios, in ordine Reuerendissimorum  
nostrorū Præceptorū, quē Saxones quoque,  
alijque errantes tuto sequi possunt, in via sa-  
lutis ducem, fideique magistrum.

---

### DE VVITIKINDO II. ET HV- GONE CAPETO.

**T**RANSEO nunc Serenissime Princeps, ad  
alteram VVitikindeæ lineam, à VVi-  
tikindo II. Secundogenito VVitikindi I.  
filio descendente, quæ multos produxit  
externarum gentium Principes, Reges, & Im-  
peratores scil. Græcorum. Sed promiisi me-  
mori, amore compendij, & breuitatis contine-  
bo me in natione Germanica. Non tamē abs-  
te futurum puto, si verborationem hic red-  
dam illius, quatenus, & quomodo prædicti  
Principes, Reges, & Imperatores, de quib. in  
tracta-